



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

70. Monasteriensium tractatus cum Principe. Legatio Cæsarea. A Principe  
excepta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

trem colebant. Vir ad cæteras virtutes beneficus & prudens, militiam non virtutis minùs, quam ratione gubernabat. Nil di-  
xiles præter orthodoxam Religionem de-  
fuisse. Magno luctu obitum prosecuti su-  
pendiarij omnes. Furius in æde arcis Dier-  
furti propè Wesaliam Atavorum sepul-  
chris illatum.

*Surro-  
gatur  
Pleure-  
nius.*

70.  
*Mona-  
sterien-  
sium tra-  
ctatus  
sum  
Princi-  
pe.*

*Logatio  
Cæsarea.*

Defuncto in supremâ Belli Præfectu-  
sus *Oswaldus Pleurenus* experta vi-  
tutis miles. Cujus operam fidemque in ex-  
peditionibus quondam Gallo-Belgicis no-  
temel probavit *Leopoldus Archidux*. Isc*e*  
invictâ Urbe Gelriâ, cui ceu Vicarius pre-  
erat, à Principe nunc evocatus propriâ  
Calendarum Februarij Castrorum & mil-  
itiæ Monasteriensis curam suscepit.

Monasteriensibus interea Wolbecam  
primùm, indè Coesfeldiam ultrò citrōque  
multùm commenantibus, instat, urgetque  
Princeps, ut tractatum finem faciant, &  
quas indulxit conditions haud gravatim  
amplectantur, adeò quidem, ut si clemen-  
tiæ suæ, pacisque cupientes sint, haud pra-  
sumant redire, nisi Senatûs, Populiq; con-  
sensu acceptas probent. In via erant Jo-  
stus Maximilianus Comes Bronckhorst,  
*Gronsveldius* & *Friquetius* Augusti ad Ba-  
tavos Ablegatus. His Imperator in man-  
datis dederat, ut ipsi cum Principe Mong-  
Cæsarea. Sterienses komponerent, Cæsaris authori-  
tate.

tate. Quorum antè adventum, *Christophorus Bernardus* negotium Monasteriense perfectum volebat. Dies erat quartā decima Februarij, quā Princeps cum magnifico comitatu *Coesfeldiā* egressus in via obvios per honorificē excepit. Horā & paulò ante Civitatis Delegati jussi postremū in Ur- *A Prin-*  
**bem redire, Coesfeldiam reliquerant; jamq; cipe ex-**  
**conscenso montis jugo, qui Baembergus cepta.**  
 dicitur, auditā, quando Cæsarei *Ludgeri-*  
*burgum* ingrediebantur, tormentorum laxa-  
 tione, ducentes Prætorianos, quid id signi-  
 sit, è rhedā rogant. In proximo suis, ajunt,  
 Regis Franciæ Legatum, qui ingentem auri  
 summam in auxilium Principi deserat; il-  
 lūm dubio procul intrâsse nunc *Coesfel-*  
*diam*, exceptūmque esse. Ea quòque re-  
 sponsio consternationem auxit; dumque  
 Civitas in sui pariter exitium Franciæ vires  
 conspirare obstupescit, unā cuneus fuit ma-  
 turatæ affissionis.

Post triduum, nec enim spatium majus 71.  
 indulserat Præfus, redeuntibus *Coesfeldiam Civitas*  
 Monasteriensem Delegatis, *Nottelena Principi*  
 (pagus est medio in itinere) jussu Principis se dedit.  
*Wiedenbruckius & Ravius* Consiliarij oc-  
 currunt, ut si necdum postulatis suis plenè  
 satisfecisset Civitas, rejecti Monasterium,  
 redire *Coesfeldiam* prohiberentur. Nam  
 hactenùs Legationis Cæsareæ ignarus Civis  
 erat, & cā Præfus dexteritate sustentabat  
 animos